



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex  
Tomorvm Editionem ...

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 ZV 1269**

De S. Rumoldo Archiepiscopo Dublinensi & martyre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

fus est Petrus vt caderet, non tamen cecidit, quia Dominus suscepit eum. Stupefactus quidem ad momentum habet Apostolus, sed statim in virtute fidei redijt, quia respiciente Domino, fleuit amare: & si ad tempus concussus est, non tamen deijci potuit: quia scientia veritatis cassari non poterat, dicens: Ego pro te rogavi, Petre, vt non deficiat fides tua. Hodierna enim die crucifigitur Petrus, Paulus gladiatur, & vitam ponunt pro fide Christi, vt non deficiat fides Christi. Isti sunt ergo duo viri oliuæ, viri habentes fidem, illuminantes patriam, pascentes Ecclesiam, peccato- res vngentes. Quod igitur scriptura hæc dicit: Isti sunt duæ oliuæ: alibi planius aperit, dicens: Hi sunt viri misericordia.

Sequitur: Et duo candelabra lucentia ante Dominum. Candelabrum tribus pedibus innititur, & in altiora consurgens cereum superportat, vt qui ingrediuntur, lumen videant. ita & Apostoli tribus virtutibus innitentes, operatione, prædicatione, miraculorum coruscatione, lumen verum Dominum Iesum Christum ingredientibus ad fidem tota claritate monstrant. Et attendendum quod dicit, Ante Dominum. Hypocritæ etenim lucent, non ante Dominum, sed ante mundum, vt videantur ab hominibus. Apostoli verò luxerunt ante Dominum, sed non ante mundum, quia iudicia & verbera experti, diuinæ maiestati solummodo placere studuerunt. Quod ipsi sint duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia, & ante Dominum, Zacharias Propheta manifestè his verbis innuit, dicens: Isti sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ. Sunt etenim filij olei, quia viri sunt misericordiæ: sunt & splendoris, quia sunt candelabra lucentia: lucent ante Dominum, quia assistunt Dominatori vniuersæ terræ. Sequitur: Habent potestatem claudere cælum nubibus. Serenitas cæli nubibus impeditur, nè videatur, & diuinitatis contemplatio peccatis nostris clauditur, nè videatur Deus, Propheta testante, qui dicit: Opposuiti nubem, nè transeat oratio. Nubes opponitur nè oratio transeat, cum peccata nostra separant inter nos & Deum. Habent potestatem claudere cælum nubibus, id est peccatoribus, & portas eius fidelibus aperire. Mira res, & omnino stupore dignissima, ad hominum linguam claudi & aperiri cælestium palatium mansionum. Amen.

Luc. 22  
Ibidem

Apoc. 11  
Esa. 57.

SS Aposto-  
li duob. cā-  
delabris cō-  
parantur.

Hypocrite  
cui luceat.

Zach. 4.

Thren. 4.  
Egregia hui-  
us loci ex-  
positio.

# I V L I V S.

VITA S. RVMOLDI ARCHIEPISCOPI ET MARTYRIS, EDITA A VENERABILI VIRO  
*Domino Theodorico Abbate monasterij sancti Trudonis, & in eius festo pro concione, vt apparet, recitata.*

**T**RIVMPHALE & gloria Christianorum, miracula sunt & virtutes Sanctorum, quæ quo latius propagantur, eo & boni in Domino gloriantur, & mali erubescunt & cruciantur. Hoc insigne ab illa Crucis arbore natum est, in qua cum vita mortem triumphasset, & velut irrigata fecundissimo aquæ & sanguinis imbre statim extendit ramos suos à mari vsque ad mare: eosque flores edidit, quorum fructus & suauissimus sapor orbis terræ sinum impleuit. Nouit hoc ab Ortu Aegyptus & India, ab Occasu alter penè orbis Britannia cum adiacente Scotia: qui statim vt ab illius æternitatis sole tacti sunt, illi sub vmbra eius quem desiderabant requiescere, isti ad ardorem vsq; martyrij festinauerunt incalescere, & stridentia anhelantiaque verba in dulce Crucis melos didicerunt infringere. Vnde autem hoc tam latè diffusum germinariis, nisi quia in eorum cordibus coaluerunt Iesu Christi amor & desiderium? Assentit in hoc Herbiopolis gloriosa martyris Kiliani meritis & corpore, nec minus prona Scoto.

Iulij. 14  
Cap. 2.

Scoti Christi  
sui annuntiant.  
S. Kilianus

S. Columbanus, S. Bertinus & S. Vinoc<sup>9</sup> Scotorum talium & tantorum patrum gloriosa veneratione. Columbanus Itali- am, Bertinus & V Vinocus illustant occidentalem Galliam, & innumerabiles alij suis quique in locis: qui vitæ sinceritate & fidei integritate multos ad iustitiam e- rudiunt, & quasi stellæ fulgent in æternitate.

Cap. 2. S. Rumoldus. Ex horum numero, ex hoc orbis terra remotissimo angulo beatus Rumoldus emicuit: de quo aliqua dicturi dum studium pietatis affectamus, minus dicendi notam formidamus. Quo enim ore, qua facundia quis posset exponere, quem vir cogitatu sufficit adæquare? Nè autem parentes eius & proavos omnino tacea- mus, ex regali quippè profapia extitit oriundus: illustis regis Scotiae farus extitit. Frustra tamen fructus sapor eminus in radice quæritur, ubi gra- tius in ramo pullulando cominus demonstratur. Hic denique scepro regni poti- turus erat, generis insignia, deliciarum commoda, præfatus culmina lubrica æsti- mavit: & vt de bonis caducis & transitorijs, fortunæque fallaci subiectis ad im- marcessibiles diuitias mentem aspiraret, voluntaria paupertate sacratissimus Dei seruus carnem propriam domans, mentem sinceram & solidam Creatori suo cum omni deuotione dedicauit: vt in persona eius impletur quod scriptum est. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Omni autem virtutis bono ab ipsa im- butus infantia, consueque prodijt, vt nihil eorum quibus Deus acquiritur intentu- tum reliquerit. Accessit ad religionem literarum scientia: vt quodcunque agere- tur, intellectu scripturarum sale adspargeretur. Tota insula mirabatur, sicuro- mni terrarum gleba fecundior, ita sanctorum gloriosa simplicitate beator. Hæc est illa Scotia, teste Solino, olim in humana incolarum ritu aspero: alias ita pabu- losa, vt pecua, interdum nisi a pascuis arceantur, in periculum agat faties. Illic nul- lus anguis, auis rara, gens inhospita & bellicosa: adeo vt victores hausto prius in- ter temporum sanguine vultus suos oblinirent. Apisibi nulla, intantum vrædue- ctos inde pulueres seu lapillos si quis intra aluearia sparferit, examina fauos dese- rant. Vt in virum proficiat ad quid iam in terra sua adspiraret non inueniens, de peregrè cogitat, in id se totum expedit & præparat. Romam auditu didicerat: eam, vel studio inuisendorum locorum, vel veneratione Apostolorum appetendam deliberat. Omnibus exoccupatus, nec iam in angaria cruceu lesu gesturus, in Britanniam ex more gentis transmeat. Nauigant enim vimineis alucis, quos cir- cundant ambitione tergorum bubalorum. Indè transmissio Morinorum freto, qua breuissimus transitus maris est, in Galliam defertur, quoquò locorum veni- ens, lesum semper proloquens, de vita æterna, & quid sit Deus, homines instruens: sæpè etiam cum ratio postulasset, miraculorum gratia refulgens. Sic dum fatis laborioso itinere Alpium niues transreptat: qua olim Pœnus Hannibal aceto & igni naturæ vim faciens scisso Apennino Romani nominis vires lacessitum transf- uolauerat. Urbem dehinc ingressus, aliquot dies continuat, Apostolicum piscato- rem quotidie studiosa oratione sollicitat, & clauigerum cæli ad aperiendum inui- tat. Mirabatur urbem in qua olim totius orbis dæmonia velut in sentinam con- fluxerant, nunc vnus Dei cultum amplecti, feliciorum per omnia Apostolorum sacra passione, quam eo quo primi olim eius muri maouerunt fraterno sanguine. Amplexatus & ipse triumphale martyrum nomen, qua ierant, qua steterant, qua pro nomine Saluatoris sanguinem fuderant, mille oculis & genuflexionibus fa- tisfaciebat: & dulci mixto ploratu quædam bellatorum Christi spectacula ipse sibi in corde suo representabat. Vincebatur totus ardore martyrij, vt tormentum & tortor si adesset, ad vitalis commercij mortem seingereret. Sed quia non est in hominis potestate vita eius: ex prouidentia omnipotentis Dei de repatriatione admonetur.

Regno fa- stidito, vo- luntariam paupertate sectatur. Matth. 19. Sacris fuit literis im- butus.

Solini de Scotia testimoniu. Solini de Scotia testimoniu.

Peregrina- tio eius. Peregrinatio eius.

Vbi quæ Christum annunciat. Vbi quæ Christum annunciat.

Romam venit. Romam venit.

Deuotio eius erga pia marty- rum loca. Deuotio eius erga pia marty- rum loca.

De reditu diuinitus admonetur. De reditu diuinitus admonetur.

Cap. 3. Diuinitatis igitur se committens consilio, compendiosa peregrinatione Itali- am reuersus, qua se Apennini montis dorso attollit, supergreditur: Galliasque in- gressus, in eas occidentalium partes se deponit, qua Scaldis fluiuis æstum maris in- ruperam vsque remittit. Locum incolæ Machliniam dicunt propter maris Mali- nam & Ledonam, quæ certis temporibus cum corniculantis Lunæ consonantia nunc accessum, nunc recessum faciunt, nec ultra quam ad huius loci fretum vel da- mna vel lucra sua commutant. Nobilium quidam Odo nomine Comitatum gere- bat, cum æquè moribus & genere nobili coniuge. Ambo religiosi, ambo ante De- um florentes castitate coniugali, vt antiquos illos Abraham & Saram esse putaret præter

SURIUS

9 der  
Nobis  
RVIII  
5

præter quod Isaac tertius aberat. Hi solita religione virum mox visum inuitant, hospitio inducunt, conuiuio participant, ad commanendum postulant & impetrant. Felices ambo tali hospite, ad cuius ingressum diuina iocundati sunt benedictione. Vna enim dierum soli & sine arbitris diuinum aliquid cum agerent, tota spiritum prophetiæ mente concipiens, manu imposita orationem præstat, vtrifque benedicens fecunditatem pollicetur: seipsum compatrem promittit, de nomine prædicat. Accommodat fidem parentes stupidi: certi facilius naturam vincunt, quam Rumoldum posse mentiri. Fidem efficacia comitatur: iuxta tempus & diem prædictam de prius sterili filius nascitur: exceptus homini Dei præsentatur. Ille susceptum baptismate abluit: & Libertus nomen imponit. Aetas interea vique in adolescentem profecerat, & ex pij doctoris magisterio dulcis pufio in omnibus boni formam coaluerat. Parentes cum suis curialibus exultabant, & de futuro hærede quotidie cogitabant. Vnius talis lætitiæ diem maximi mœroris nox obtenebrat, & totam domum caliginosa nube inuoluit & cæcat. Quadam enim dierum puer cum coæuis ludos in aluci littore dum meditatur, dumque nimium bene ripe credit, periculum iniit: elapsus submergum facit. Tristi fremitu totum statim litus concutitur: & proiectis qui mergentem extrahant, omnis natantium conatus deficit. Captiua præda coram oculis abducitur, & absorpta cameratis vndis includitur. Rumoldus interim aberat, rumor vsque ad parentes intonat & nihil minus suspicantes irremediabili vulnere transfuerberat. Appensus præsens dolor cum priori lætitia præponderat: & quo olim lætiores de recens nato filio, conunc tristiores de mortui submergio. Nihil enim sine dolore amittitur, nisi quod sine gaudio possidetur. Quid agerent, quod se verterent, quid consilij caperent, non habebant. Sola hæc spes: vt quo prophetante non habitum acceperant, eo orante amissum recipiant. Euocatus homo Dei de tristi luctu & ipse totus concutitur, nec minus quam ipsi genitores super spirituali suo filio compungitur: consolatusque alios, qui seipsum vix consolari poterat, litus adit, locum notat: & celebris oratione terque quaterque Iesum inclamat. Circumstat tristis conuentus: præstolatur fidem euentus. Mirum dictu, vix dum ab oratione surrexerat, reiectis oculis propæ adstantem puerum adspicit: non dissono tamen à trium Babylonicorum puerorum miraculo. Nam sicut illi caminū triumphauerunt absque ignis ardore: ita & hic in contrario elemento supergressus est aquas absque aquarum humore. Iesu bone, quid illud miraculi, quid illud fuit gaudij? Vbi nunc mors victoria tua? vbi nunc mors stimulus tuus? Ecce non solum noster Christus, sed & qui sunt Christi, in nomine eius tibi imperat: tu obaudis, ipsi spoliant. Gratias illi, cuius gratuita adoptione homines facti sunt dii. Rediuius puer parentibus immo à parentibus Rumoldo redditur: donaria auri, argenti, totiusque supellestilis adduntur. Vestra, ille respõdet, vobis sint: caduca enim aspernamur, nec cum cadentibus in præceps labamur. Aut quæ nobis cum istis conuētio, quorum iam totus in cælis actus & intentio? Vt tamen satisfaciatis aduenæ vestro, deserta paludis huius nobis dari obsecro; nõ vt alieno delectemur fundo, sed vt labore nostro inibi seruorum Dei proficiat mansio. Nec magnū id esse debet, si vestra metamus carnalia, qui seminamus spiritualia. Fauet statim Comes, quod petebatur ex voto offerre: testamenta his conscribitur pagina ad stipulatione subnixæ. Nomen loco Vlmus: ob vlmorum illic luxuriantium copiam. Adunantur illic Duo militantium copiar: accrescunt omnia, quæ ad vsus pertinēt ecclēsiæ vsq; ad consummari operis summam. Ille ipse posthumus Libertus inibi adolescit & eruditur, postremò sub tãto patre Dominico gregi præficitur: postea persequendus & proprii cruoris laurea coronandus. Ea enim tempestate, qua Scytharū furor excanduit, & de vagina Daciæ Getharū gladius erepsit, omnibus ab ipsa maritima ora vsq; ad Agrippinensem Coloniã vastatis & incensis, hic homo Dei occasione euadendi periculi in Hasbaniam se transtulit: quem persecutum & captum effera gens ante ipsam S. Trudonis aram fecerunt Deo victimam. Corpus eius, vt aiunt. (veri enim periculum ad me non recipio) illic sepultum: de loco autem sepulcri non ambigua sententia est.

Ordo, quæ tamē Odo nem alij vocant, eū benigne suscipit. Fecunditatem sterilibus coniugibus prædicat. Euentum fortitur prædicatio.

Submersū Libertum puerum in clamato Christi nomine parentibus inco lumem restituit. Dan. 3.

Munera seipuit.

Extrauēdo monasterio locum impetrat.

Scythæ & Dani loca maritima Coloniã vsque vastarunt. S. Libertus occisus à Danis.

Inuidia interim recrudescit diaboli, nouos coetus cernentis quotidie adunari, se impigre impugnari, interdum etiã superari: inficit nota peste duos quondam sancti viri comites, qui solum aliquadò gradientem & ex more psalmos ruminantem exaduerso lethali vulnere excipiunt, spe adipiscendæ pecuniæ quam solitus esset

Cap. 46. A suis comitibus auaritia excipit occiditur.

q circun-

circumferre. Miseri profecto & proditoris Iudæ dignissimi laqueo: qui dum vanissimum sequuntur quaestum & turpe lucrum, stanti tamque religiosi sacerdotis incurrit magistricidium. Præterea factum volentes palliare, scelere crimen addunt, raptumque sacratissimum corpus præter labentibus vndis iniiciunt: regressi, mendaciorum solis rem gestam cooperiunt, frustra tamen. Piscatoribus enim noctu circa negotia parato labore occupatis lux caelestis incanduit, & quo loco sacratissimum illud corpus delitescerebat, superfulis luminarijs apparuit. Perterriti homines, & nihil per se præsumentes, Comitem adeunt, nouitatem rei patefaciunt: prodigium aliquod id sibi videri persuadent & promittunt. \* Odo focii se præstat nauigi, solitoque iocundus luminariorū miraculo, iactis retibus nobilem piscaturam haurit, & sacratissimum illud funus cum iubilo ad terram trahit. Impositum vehiculo quo nunc requiescit loco deportat, & sepulturam celebri sumptu curat: nec defuit digitus Dei, operatus statim ad glebam militis sui.

Diuino lumine piscatoribus sacrum corpus designatur.  
\* al. Ado.

Cap. 5.  
Carolus  
Craffus  
hic fuit.  
Normanni  
atque Dani  
in Francia  
&c. valit.

SURIUS

q. d. ber  
Nobis  
RVITI  
5

Thren. 2.  
Ecclesia S.  
Rumoldi,  
omnibus  
lo confis-  
gratibus,  
illa se per-  
manit.

Prouer. 19.

Cap. 6.

Miracula.

Ceterum Carolo Romæ à Iohanne Papa in Imperatorem consecrato, ira Dei re-spondentis peccatis populi sui, Nortmāni adiunctis sibi Danis Franciam & Lotharingiam peruagantur: fines præcipue Morinorū, Menapiorum & Brachbatensium, omnemque circa Scaldum flumen terram ferro & igni deuastāt. Inde Vbal stituum ingressi, totam Batuam, palatium etiam Neomagi incendunt. Eodē anno Godefridus & Sigfridus reges Nortmannorum cū inestimabili multitudine iuxta Mosam in loco Haslon confedentes, Leodium, Traiectum, Tungros, sancti Trudonis, Coloniā, & Bunnam cum adiacentibus prouincijs & castellis comburant. Aquis in palatio equos stabulantes, oppidum & regiā domū incendunt. Ad hæc mala Hugo filius Lotharij regis ex Vbaldrada pellice in Lotharingia & Boso tyrannizabāt in Burgundia. At ne Chronicum magis videar texere quam cœptum opus profequi: hoc tali bellorū incendio per decem & octo annos totus orbis dum arderet, iuxta prophetam nec scabelli pedum suorum Dominum in multitudine iræ suæ recordaretur, ecclesia tamen huius martyris nostri illa se permansit, nec quicquā tale effera gens aduersus eam aut potuit, aut præsumpsit. Ad quam gratia prædæ quidam ex eis cū accessisset, & superpositum campanarij, quod vulgus gallum propter similitudinem formæ, nos aurarium propter obseruantiam vocamus auræ, rapere præsumeret, lapsus facit: dignasque rapacitatis pœnas debita morte luit. Et quia iuxta Salomonem pestilente flagellato, sapiens sapientior erit: hoc vnus infortunium cæteris omnibus disciplinæ fuit commonitorium.

Vt reliqua prosequamur, vel id in hoc sancto nostro mirabile, nec minus iocundum est: quod circa supplices suos hanc velut maternā curam exhibet, vt de minimis quoque rogatus se quasi obuiū præparet. Mulier matricularia eadē & nonna, Gerlingis nomine, pia deuotione ecclesiæ eius ad hæserat: sonandarū campanarum officium habebat. Prosequendarū horarū die solennia, noctu sibi gallū nutriuorat monitorem. Assueta domesticas parietes subrepere vulpecula, dum vnā alteramque prædā impunè asportat, maiora præsumit: in gallum totū negocium intendit. Sed nec saliendo pennā volatilem, nec rependo fas erat adspirare ad trabeam altitudinem: nota vsa fraude, parat insidias, subintrat latebras, cū interim securum & superbo gressu limen calcātem de post ostium bestiola aggreditur, inuadit, & minaci pressum dēte velut triūphans asportat, tum syluæ se reddit. Accurrit mulier, sed tardiori impedita gressu, vno & altero conatu frustra cōsumptō, totius damni querelam in Sanctū retorqueret & causando deficit. Quid, ait, mihi & tibi? Aut mihi reddatur gallus, aut matutinis careat Rumoldus. Nulla mora, redit bestiola: & captiuam prædā quodā suffuso pudore coram oculis mirantium deponit vinā: data delicti venia, frustrata præsumptrix nihil simile deinceps ausura, ad latebras se recolligit. Mirentur alij confragosum cælum, turbatum mare, terrā concussam: sufficit mihi in his quæ putantur minima gloriari super hoc martyre. Penè enim nescio Aegyptij pestilentius ne cæsi sunt in ciniphe, an in omni primogenitorum occisione.

Exod. 8.  
Cap. 7.  
Aliud miraculum.

Superest & aliud eiusdē huius suæ matricularie miraculum, non minori pietate amplectendum. Ea enim incurfione, qua Danos omnia superius diuina & humana perturbasse meminimus, hanc quoque captiuā fecerāt, & mare trāsportaturi abduxerant. Ostiū Scaldis necdum attigerāt, trāstra, remos, & cætera quæ sunt armamenta nauū, reparantur: signū anchoras. Nox solito horridior, vtpote vicina iam hęc me, in somnos vocat. Cæteris nocturnū frigus duplici diploide cōsolātibz, captiua in proa

in prora cōtradis infimul membris algoris & niuium pœnas luit. Extrema tandē vigente necessitate, appensa oratione cū lachrymis: Eia, inquit, S. Rumolde, si iure, si fideliter, si ad gratiā tibi seruiui, nudā & algentē tuam cooperi. Mira fides, statim depressis oculis vt obdormiuit, omnibus quæ domi reliquerat vestimentis se cooperat sentit. Expergesta miratur & stupet: officiosum sibi martyrem quibus potest laudibus magnificat & effert. Sol in diem fuso manē repubescebat, & nauis cæso sane solui parabat: hīc verō vires deficiunt, & quo amplius insudant, minus proficiunt. Stabant fixa simulacra toto luctamine & conatu frustra deficiēte. Rupium instar medijs in harent fluctibus alternatim quis quid agat inuentibus, cūm interim vnus captiuam admonet dimitti, hanc longarū morarum causam sibi videri. Ex consulto fauent catericea dimissa mox velut ex sarcina nauī velificat omnes celeritate non difficili. Quod ne in hac tantum captiua miremini, quis vsq; in hanc diem carceratis & boiatis faciliori exauditione solet compati?

Præterea de ferendis arboribus & infitis earum non ignobile illud eius recordatur miraculum. Quicquid enim huiusmodi feminū sanctissima eius manus sparsisset, cum incremento cælestis gratiæ donum comitabatur efficaciz. Memor enim Apostoli: Qui non laborat, nec manducet. & rursus, Manibus nostris laborauimus ne quem vestrū graua remus. honesto hoc plerunquē exercebatur negotio, intantum vt partito ipse sibi tempore nulla omninō hora quin aut labium in oratione aut manus occuparet in opere. Fagineam hoc negotio nutriuerat siluulam: sub quarum plerunquē recubans tegmine meditabatur harmoniam Dauidicæ melodiz. Ad nostra vsque tempora vna harū perdurat arborum, dulci digna religione & gratia platoris sui recordatione. Excreuit ad materiam laudis quidam Lantgerus nomine: qui in ecclesia beati Rumoldi coaluerat & in presbyterū profecerat. Sed vt solet ex abundantia luxuria, & ex luxuria nasci superbia, corde tactus ad hoc vsque intumuit, vt nec pares dignaretur, nec quid sit homo recordaretur. Non iam priuata loquitur altiora præsumens, velut vter in pruina inani turgescens spiritu, stipendia quæ ex quotidiana debebantur præbenda ducit contemptui: ad alia velut maiora migraturus se extendit. Sed lapis ille offensionis & petra scandali, qui super quemcunquē ceciderit, collidetur, & qui in eum impegit confringetur, quædam statim salubria fugitiuo suo opponit scandala: & occultis fatigatum importunitatibus, cunctis quibus antea lætabatur excludit rerum successibus. nam, vt scriptum est, pugnabit pro eo orbis terrarū aduersus insensatos, rerum primò flagellatur inopia, deindē quadam animi lapidatur acedia. Dies ipse & nox solito tristior: plerunquē etiā mors vita iocundior. Sic dissipatus nec tamen compunctus pertinaci corde recedit: viamq; suam ingressus velut maiora appetiturus, iterum salubriter reprimitur, & oculorum cecitate percutitur. Quid multis moror? Erudit ex verberibus, ad horam penitet, & ad horam illuminatur: iterumq; priora præsumens, iterum cecatur. Edoctus tandē quid sit contra torrentē niti, aut quid homo comparatus Deo, nil simile vltra ausurus, ante manus illas quas nullus effugit humiliatur: & mediante nostro martyre non tantum oculis, sed etiam corde illuminatur. Clareat hoc vel exemplū vel pœna eis, qui non contēti aurea mediocritate, inani ebulliant auiditate: nati in paupere nido & rusticano tugurio, adspirant ad alta laquearia & tecta palatina: assueri olim pane cibario, similia & mella prægustant cum fastidio, de quibus Propheta: Væ qui coniungitis domum ad domum, agrum agro copulatis vsq; ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos soli super terrā? Filius patriarcharum Esau propter lenticulā venditis primogenitis de gula arguitur. David manu fortis & amicus Dei, propter aquam quā de cisterna Bethleē in sanguine virorū fortium hauserat reprehenditur: quam nisi Domino statim libasset, sanguinis pœnas luisse. Ipse filius hominis à filijs seculi vini potator accusatur: & qui sine omni peccato erat, de ebrietate calumniatur. Et Apostolus ait: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriam quæ reuelabitur in nobis. Si non sunt condignæ passiones, quantum minus ebrietates & comestiones? Ad quos specialiter loquitur propheta, Vacate & videte quoniam ego sum Deus, nonne ad Clericos: Eis quippè Deus vacationes, eis ferias instituit Papa Syluester: quas prius à nominibus deorum suorum gentiles vocabat. Nobis quippè vacare, nobis feriat institutum est: vt quanto remotiores sumus à negocijs secularibus, tanto omnipotentis maiestatem contemplemur vicinūs. Vnde Apostolus: Nemo militans Deo, im-

S. Rumoldi opē implorat, neque frustra, Gerlingius Notat.

S. Rumoldus, carcere vincis imploratus subuenire cōsuevit. Cap. 1.

2. Thec. 3. 1. Thec. 2. S. Rumoldus honesto semper labore ab oratione cessans occupatus fuit. Arbor D. Rumoldi manu facta ad gratē vsq; Theodorici Abbatissis perdurat.

Sap. 5.

Authoris exhorratio ad eos qui ex humilibus surgunt in altum. Esai. 5. Gen. 25.

2. Reg. 23. Rom. 8.

Psal. 45. Syluester ferias vocauit dies, à Deorum nominibus.

SURIUS

q. ber  
nobis  
RVITI  
5

antè nomi plicat se negociis secularibus. Aut nunquid non adhuc cum Deo eadem perditur  
natos. gratia suo martyri, vt contemptores & veneratores aequè aut certè amplius possit  
2. Tim. 1. coronare aut punire?

Cap. 9. Verum hæc, vt ait quidam, mordacius distribuenda B. Hieron. relinquamus,  
nos verò ad cætera quæ supersunt currenda redeamus, & quod superest dici in lau-  
dem beati viri percurramus. Compertum hoc signis euidèntibus, nullum vnquam  
Implorati- frustrari fuis erga hunc patrè precibus, quibus scunq; grauaretur incòmoditatibus.  
bus opem sua adest S. Rumoldus. Quidam Helinardus dum nimium indulget venatibus, & fugiètem prædà captatui-  
dius, lapsu aut alio nescio incòmodo inclementer periclitatur. Erat languor vehi-  
mens ad mortè procliuior, vt paratis exequialibus nihil amplius quàm extrema con-  
clamaro expectaretur: cū interim recuperato spirita, lingua adhuc obligata, quo-  
dā oculorū nutu ad sepulcrū B. Rumoldi gemitu interprete se postulat deferri. Sa-  
tis faciūt misero: & inter manus exceptum ante altare illud plus cadaver quàm ho-  
minè proiciunt. Tristis turba psequitur, & precio fidei diuinæ misericordiæ stultici-  
diū puocatur. Adest euidètia diuinitas: & prece omnium vni huic redintegratur pri-  
or & auctior incolumitas. Miratur seipsū rediuius homo: & paulò ante aliorū de-  
latus ad miculo, plusq; seipsum portare sufficit. Recordatusq; scripturæ, Necap-  
parebis in còspectu Dei tui vacuus: annui cèsus votū facit, & dum aduixit perfoluit.

Exod. 23.

Cap. 10.

Ieiunium  
quadrage-  
simale.

Ieiunij &  
Missæ irre-  
ligiosus cõ-  
tempor  
dæmonib.  
Iudifican-  
dò permit-  
titur.

christi gra-  
tia Sancti  
mortalib.  
subueni-  
unt, in quo  
eius etiam  
gloria yer-  
titur.

A dæmoni-  
bus corre-  
pti ad eius  
tumbam  
curati.  
Solènis di-  
es marty-  
ris cur in  
Kal. Iulij  
tranillatus.

Addamus & aliud non minùs exemplo dignū quàm miraculo. Quidam eorum  
quos stipendiarios vocant milites ab Antuerpia Machinas habebat negotiorū. Fe-  
ria cœnæ illius erat, in qua à discipulo traditus Iesus perdit hominis salutè est ope-  
ratus. Ieiunium ex antiqua patrū institutione vniuersalis celebrat Ecclesia: vpotè  
nondum percurfā solenni Quadagesima. Miles ille moreorum quib. quicquid  
libet licet, & quod noluerint nō dignantur licere, absq; Missæ audientia & ieiunij  
reuerentia confecto matutino prandio solus progreditur. Vix dum mediū iter at-  
tigerat, & ecce coram oculis dissimilis militiæ armatura & copia. Legio enim da-  
monum sub fœmineo habitu crispantib. à tergo iubis, hastata manu, clypeo prote-  
gente humeros, improuisa progreditur. Spumantis equi puluereum quatit vngula  
campum: vrgentibus à latere calcaribus in vnum illū totus ille intenditur furor &  
impetus. Ille contrà euaginato gladio dum parat cõgredi, vno atq; altero icū fru-  
strā cõsumpto, auras dum verberat, inani conatus vires lassat. lamā infelix futurus  
victima equo labitur, & tota iniquorū massa velut voti cõpos cõclamat & irruit:  
cū ille vix ad mentè rediens, & toto conatu celebre Iesu inclamās nomē, addito  
etiā Crucis signaculo, omnē iniquorum perturbat aciē, & velut fumum reddit ina-  
nem. Cõfractus tamen & velut toris destitutus viribus, ad ecclesiā B. Rumoldi alie-  
nis defertur manibus: illic dies aliquot cõtinuatur, & demum curatur. Tua hæc Do-  
mine gratia, tua hæc in sanctis tuis est gloria: vt nullum prorsus sit incommodū, qd  
ad eorum preces nō sentiat remedium. Fœmina quædā longo manū sāguore gra-  
uata, frustrā in medicos multa consumpserat, laborabat non modò chiragra, sed et  
iam digitis in palmā relisis, truncum nulli profuturum officio agrā trahebat. Sub-  
repererat etiā inopia, omnium semper incòmodorum pedissequa. Hoc duplici pres-  
sa infortunio, quid iam ageret non habebat: operari non valebat, medicare erube-  
scebat. Rememorata de largitate martyris, ad mēsam eius altaris accedit, cū suppli-  
ce prece egrā manū porrigens: non micæ panis, sed plenissimā sanitatem de manu  
propitiatoris sui recipit. Opere precij est, dum breuitati studemus multa prætere-  
nèdum affectamus officiale studium, auditorū incurramus tedium. Neq; enim, etiā  
si vellemus, materiā æquare possemus, ad cuius superabundantem gratiā Tulliani  
eloquij fluuius siccaretur. Sed nec virū sanctū putet quis egere officiali eloquio, eu-  
ius laus & gloria tota p̄satur ab æternitatis munere & beneficio. Veruntamen qd  
loquimur, quod scribimus, necesse est vt in laudem & gloriā eius expendamus, sine  
quo loqui & scribere nec debemus, nec possumus. Addamus tamen in calce, quāta  
virtute hostiles dæmonum iētus soleat propulsare: qd cū sit de vna & simili res  
militer factum, nō necesse fuit variare. Tres quidē à dæmonib. vexati ad medica-  
lem eius tumbā sunt presentari & curati. Quāta autē putatis & quāta efficaci possit  
& velit suis supplicibus compati charitate, qui omnibus incòmodis patrocinator  
authoritate: Redeamus iam tandē ad solènem diē martyris, qui octauo Calendis  
Iulij est depositione eius celebris. Nec immeritò, vt qua die p̄cursoris natiuitas iux-  
ta anglicū præconium cum gaudio celebratur in terris, eadē ob meritum martyris  
tripu.

tripudii esset celo & terris. Sed ne quid Baptistæ celebritati & officio detraheretur, octava ab hac die martyris officium percolitur. Agè ergo pater sancte martyr inuicte, supplices tuos refoue, cum iudice seculi causas nostras compone. Si nostram respicias miseriam, nihil fœdus, si omnipotētis misericordiā nihil pulchrius. Mediator Dei & hominum mediatorem audiat inter nos & ipsum: quatenus te orante & ipso propitiante alleuiati peccati pōdere, ad æternitatis mereamur scalam pertinere. Quod ipse præstare dignetur, qui uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Inuocat S. Rumoldū author.

SANCTI PATRIS NOSTRI PROCOPII, EX LEGIBVS D. BENEDICTI VIVENTIS, ACTIONVM VLTA compendium, partim ex annalibus Bohemorum, partim ex antiquo MS. per Dn. Nicolaum Salium Pragensem recens descriptum.



ROCOPIVS homo Bohemus, parentibus nec eminentissimis, nec obscuris Choromæ in Bohemia in lucem effusus, penè in fans feueriorem quandam viuendi disciplinam amplectebatur. Sic enim Dei reuerentia, & maiorum intuitu, cor ad honestè viuendum firmarat, vt omnes voluptatum fucatarum fibras animo prorsus eradicaret. Quam eius, magnum quid pollicentem, indolem parentes circumspècti animaduertentes, alendam eam & extendendā rati, Pragam eum admodum puerum transfulerūt, vt Vissegradum Dalmaticis literis, quæ id temporis ibi florentes erant, expoliretur. In quibus ille tantum desudauit, vt commilitonibus suis doctrina multis gradibus emereret. Viuendi autem eius ratio tam insigniter pura fuit, vt ea excitati præcipui eius loci sacerdotes, eum licet renitentem, Collegio suo cooptarent. In quo ille statu peruihil in orationibus consistebat, die nihilominus in diuino officio contrito: tandem Sacerdotij gradum conscendens, cogitare cœpit parum se hæc tēnis in pietatis studio progressum, ni maioribus virtutum incrementis exorsos satus prouehere eniteretur. Hæc animo agitans, in monachum D. Benedicti instituta professum, Deo hoc ita curante, incidit. A quo & vitæ ab humanis negocijs seiunctæ normam excipit, & cultu corporis nouo inuolutus est, sicque parentes inuifit, non ea mente, tantquam impotentiori aliquo conspiciendi eos affectu pungeretur, sed vt reconditam aliquam & hominibus ignotam specum eligeret, in qua, liber à populari tumultu, liberius Deo officij sui pensum exoluere posset. Quod cum ageret, & anxius per inuios saltus, atq; inaccessos montes singula lustras oberraret: deuenit tandem in antrum quoddam duobus circiter miliaribus à castro Curimæ diremptum, qui locus à fluuio præterlabente Salsauæ appellatione percrebuit. Quod quidem antrū mille propemodum dæmonia infederant, quæ non leues illi molestias creabant. Ille tamen, vt athleta Christi impavidus, cum ijs orationum & ieiuniorū telis acriter depugnans, palmam certaminis referebat.

4. Iulij festum eius celebrant Bohemi. S. Procopij patria.

Pragam literis imbuetus mittitur.

Initiatur sacerdotio

Assumit monasticæ vitæ viuendi normam.

In specu habitat. Oratione dæmones fugat. Cap. 2.

Vdalricus Bohemæ Dux ad specum viri Dei, diuitius ducitur.

Cuius tam grâdes spiritus, & masculos labores, admirationis & imitationis ergo volens Deus orbi palam facere, Vdalricum Principem Bohemæ, occasione venationis, præconem virtutis eius & testem inculpate actionis produxit. Hic enim Princeps cum comites, & molossos suos, volucris cursu præteruictos, nec assequi, nec ablatis oculis reuocare posset, colligendarum virium causa, quas in ea ferarū insectatione exhauerat, sub opaca quadam eius siluæ arbore refedit. cum in sperare ceruus ramosis cornubus mirandus maturo gressu eum quiescentem præteruolans, secretiora lustra inire tentabat. Princeps autem, quanquam defectis viribus gratissimam corpori festo medelam ea mora afferret, videns tamen feram, qualẽ ea die nullam inuestigasset, cupiensq; laudis aliquid ex ea cõfecta sibi decerpere, impotentium & effectorum pedum, & damnati cursus oblitus, eu estigio è terra se corripit, & contorto arcu ceruū, vestigijs eius insistentem, premit. Ille autem tam diu ante insequentem se fugam capessit, quousque ad notam sibi specum patris Procopij decurrisset. Truncabat tunc vir Dei, post suas preces, quercum quendam vsui suo seruituram, post cuius tergum, tanquam post firmissimum vitæ suæ propugnaculum, se recipiens ceruus, cõpositis cruribus humi subfedit. Sanctus autem, incitari cursu eius & pauore excitatus, causam